



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propugnaculum: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Anna Motmoransis Gall. n. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

minimâ etiam commendatione Sociorum, quorum non minus è moribus, quam verbis, iustitiæ ac veritatis Christianæ lux sese in corrupta prodebat. Hec Ibidem.

Sociorum singularis zelus, pietas, doctrina, ac modestia in iuuentute excolenda.

Quorû industria Urbes ex vitiorû nocte in lucem reuocantur.

Quam necessarij ad acuendam pietatem,

Et fidem Catholicam instaurandam. Solantur in laboribus Socij.

5 A VARIIS MAGISTRATIBVS: Quorum publicis expressa literis testimonia, sic se habent: Notum facimus (inquiunt) Societatis Patres in hac nostra Ciuitate singulari zelo, pietate, doctrina, ac modestia iuuentutem excolere, nec minus ad omnem virtutem atque honestatem, quam ad eruditionem informare. Et alibi: Testamur hanc Urbem hominum Societatis industria ex mera nocte, in qua ipsi eam deprehenderant, in lucem reuocatam. Item alibi: Fatemur Patres Societatis IESV ad instaurandam hic orthodoxam, & Catholicam fidem, ad acuendam pietatem, ad promouenda literarum studia, ad bonos & Christianos mores inducendos, magno vsui, adeoque necessarios fuisse. Hec Ibid. lib. 6. fol. 889. Et id genus multa alibi.

6 AB ANNA MOMORANTIO Comestabili, seu Equitum Magistro, ad quem cum Socij Parisienses, Anuillani filij monitu, quasdam purgaturi calumnias adiuissent, in hunc eos modum affatus est: Nequaquam me fugit quam multa Societas Veltra in Gallia perpeffa sit, postquam præsertim dissidium in Religione publicè factum est. Cæterum vos æquiore hæc animo ferre debetis, quod sunt vobis cum optimis quibusque communia. Ac recordamini quicumque in Ecclesia Dei magnum aliquid moliti sunt, magnas etiam, vti vos difficultates expertos esse. Quod si qua simplicitate, quaque pietate cœpistis Ecclesiæ Dei prodesse rei que publicæ, peragatis: nihil est quod vobis magnopere timendum sit: istis enim præsidij tuti eritis. Quod attinet ad me operam meam nullo vnquam loco desiderabitis. Ita Par. 3. Hist. Soc. lib. 2. num. 59.

Præferuntur ceteris in re Christiana promouenda.

7. A PRÆTORE QVITENSI Ad Limanum Proregem de Socijs scribente: Mihi (inquit) affirmanti credat Excellentia Tua, ad rem Christianam promouendam, ad opportunitatem